Petrus <Lombardus>; Henricus <de Gorichem> [Comm.]: Sententiarum libri IV (cum conclusionibus Henrici de Gorichem et problematibus S. Thomae articulisque Parisiensibus)

[Freiburg i. Br.: Kilian Fischer], [ca. 1492] Seite 135



¶ Quare creatus sit hõ vel angelus. e

**Ideoqꝫ si querat**
quare creatus sit homo vl angelus: Breui
ſmone rñderi poteſt ꝑpter bonitatem eius
Vñ Augꝰ in li. de doc. xpiana. Quia bonꝰ ē
deus summꝰ. ⁊ inquantum sumꝰ: boni sumus.

Ad quid creata sit rõnalis creatura. f

**Etsi querit ad quid**
creata sit rõnalis creatura: Rñdet ad lau-
dandum deũ. ad seruiendũ ei. ad fruenduz
eo. in quibus pficit ipsa: nõ deus. Deus enĩ p-
fectus ⁊ sũma bonitate plenꝰ. nec augeri po
test nec minui. Qr ergo rõnalis creatura fa
cta est a deo. referendũ est ad creatoris bo-
nitatem ⁊ ad creature vtilitatem.

¶ Breuissima rñsio cũ querit quare vel
ad quid facta sit rõnalis creatura. g

**Cuz ergo queritur**
quare vel ad quid facta sit rõnalis creatura
Breuissime responderi põt ꝑpter dei boni-
tatem ⁊ suã vtilitatem. Utile nempe ipsi est
seruire deo ⁊ frui eo. Factus ergo angelus siue
homo ꝑpter deum dr esse. nõ qr creator deꝰ
et summe beatꝰ alterutriꝰ indiguerit officio
qui bonorũ nostrorũ non eget. sed vt seruiret ei
ac frueret eo. cui seruire regnare ē. In hoc
ergo pficit seruiens: nõ ille cui seruit.

¶ Sicut factus est homo vt seruiret deo. sic
mundus vt seruiret homini. h

**Et sicut factꝰ est hõ**
ꝑpter deuz. i. vt ei seruiret. ita mũdus factꝰ
est ꝑpter hoiem. s. vt ei seruiret. Positꝰ est ergo
homo in medio vt ⁊ ei seruiret: ⁊ ipse fuiret
vt acciperet vtrimqꝫ ⁊ reflueret totũ ad bonũ
hominis. ⁊ qd accepit obsequiũ ⁊ qd impen
dit. Ita enĩ voluit deꝰ sibi ab homine seruiri
vt ea seruitute nõ deꝰ sed homo seruiens iu
uaret. ⁊ voluit vt mũdus seruiret homini. ⁊
exinde silr iuuaret homo. Totũ ergo bonũ ho-
minis erat ⁊ qd factum est ꝑpter ipm: ⁊ ꝑpt Augꝰ. [...]uõ omnia [...]tra sunt.
qd factus est ipse. Omnia enĩ (vt ait aplus)
nostra sunt. s. supiora ⁊ equalia et inferiora.
Supiora quidez nr̃a sunt ad pfruendũ vt deꝰ
trinitas. Equalia ad cõuiuendum. s. angeli.
Qui ⁊ si nobis mõ superiores sint. in futuro
erũt equales: q ⁊ mõ nr̃i sunt. qr ad vsuz no-
bis sunt. Sicut res dñorũ dicunt esse famulo
rum nõ dominio. sed qr sũt ad vsuz eorũ. Ipsiqꝫ
angeli in quibusdã scripture locis nobis fuire
dicunt. dũ ꝑpter nos in ministeriũ mittunt.

¶ Quõ dicit aliqñ in scriptura homo factꝰ
est ꝑpter repationem angelici casus. i

**De homīe quoqꝫ in**
scriptura interdũ reperit qꝫ factus sit ꝑpter
reparationē angelice ruine. Qd non ita est
intelligendũ quasi nõ fuisset hõ factus si nõ
peccasset angelus. sed qr int alias causas. s.
pcipuas. hec etiã nõnulla causa extitit. No-
stra ergo sunt supiora ⁊ equalia. nr̃a etiã sunt in
feriora. qr ad seruiendum nobis facta.

¶ Quare ita sit homo institutus vt anima
sit vnita corpori. k

**Solet etiam queri**
cum maioris dignitatis esse videt aĩa si absqꝫ
corpe pmansisset. cur vnita sit corpi: Ad qd
primo dici põt: qr deus voluit. ⁊ volũtatis eiꝰ Prima causa
causa querenda nõ est: Secũdo aũt põt dici
qꝫ ideo deꝰ voluit caz corpi vniri. vt in huma Scd̃a causa
na ostẽderet cõditione nouũ exemplũ beate
vnionis que ē inter deũ ⁊ spũm in quã diligi
tur ex toto corde. ⁊ videt facie ad faciē. Pu
taret enĩ creatura se nõ posse vniri creatori
suo tanta ꝑpinquitate. vt eum tota mente dili
geret ⁊ cognosceret. nisi videret spũm q est
excellentissima creatura taz infime. i. carni.
q de terra est in tanta delectatione vniri. vt
nõ valeat artari ab hoc vt velit eã relinque
re. sicut ostendit aplus dicens. Nolumꝰ cor-
pore expoliari sed supuestiri. p qd ostendit
spũm creatũ spiritui increato ineffabili amo
re vniri. ¶ Pro exemplo ergo future socie-
tatis que inter deum ⁊ spũm rõnalem in glo
rificatione eiusdem pficienda erat. animam
corporeis indumentis ⁊ terrenis mansionibꝰ
copulauit. luteamqꝫ materiam fecit ad vite
sensum vegetare vt sciret homo: qr si potuit
deus tam disparē naturã corpis ⁊ aĩe in fe
deratione vnam ⁊ in amicitiam tantã cõiun-
gere. nequaqꝫ ei impossibile futurũ rõnalis
creature humilitatē. licet longe inferiorem
ad sue glorie pticipationē sublimare. Quia
ergo p exemplo rõnalis spũs in pte vsqꝫ ad con
sortium terreni corpis humiliatꝰ est. ne for-
te in hoc nimis depssus videret. addidit dei p
uidentia vt postmodũ cũ eodē corpe glorifi
cato ad cõsortium illorũ qui in sua pmanserũt
puritate sublimaret. vt qd minꝰ ex dispēsati-
one creatoris sui accepat cõditus. postmodũ
per gratiam eiusdem acciperet glorificatus

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-333/0135
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG